

congruens, & ita semper inuenies quadratum tale quod æqualiter distabit à quadratis per additionem & diminutionem.

38 Et cum detraxeris à quadrato impari unitatem quadratum medietatis adiunctum primo quadrato quadratum facit & hoc in infinitum, sit impar 25. demo 1. fit 24. quadratum medietatis 144. ad 25. fit 169.

39 Et hoc dicunt multi quoniam dantur numeri planetarij & nos ponemus eos, verum in assignatione Planetarum est conuersus modus tenendus, conuenit enim vt plures numeri superioribus tribuantur & sunt hi.

Luna.	Mercurius.
4   9   2	4   14   25   1
3   5   7	9   7   6   12
8   1   6	5   11   10   8
	16   2   3   13

Iupiter.

8   58   59   5   4   62   63   1
49   15   14   52   53   11   10   56
41   23   22   44   45   19   18   48
32   34   35   29   28   38   39   25
40   26   27   37   36   30   31   33
17   47   46   20   21   43   42   24
9   55   34   12   13   51   50   16
64   2   3   61   60   6   7   57

Sol.

6   32   3   34   35   1
7   11   27   28   8   30
19   14   16   15   23   24
18   20   22   21   17   13
25   29   10   9   26   12
36   5   33   4   2   31

Saturnus.

37   78   29   70   21   62   3   45   5
6   38   79   30   71   22   63   14   46
47   7   39   80   31   72   23   55   15
16   48   8   40   81   32   64   24   56
57   17   49   9   41   73   33   65   25
26   58   18   50   1   42   74   34   66
67   27   59   10   51   2   43   75   35
36   68   19   60   11   52   3   44   76
77   28   69   20   61   12   53   4   45

Venus.

11   24   7   20   3
4   12   25   8   16
17   5   13   21   9
10   18   1   14   22
23   6   19   2   15

Mars.

22   47   16   41   10   35   4
5   23   48   17   42   11   29
30   6   24   49   18   36   12
13   31   7   25   43   19   37
38   14   32   1   26   44   20
21   39   8   33   2   27   45
46   15   40   9   34   3   28

Habent autem commune vt ex omni latere & transuersaliter eundem perficiat numerum. Luna 15. Mercurius 34. Venus 65. Sol 111. Mars 175. Iupiter 260. Saturnus 350. conueniunt etiam quod nullus numerus repetitur, & quod unitatis additione progressio firmatur ad quadratum, procedunt etiam diametraliter per æqualia augmenta omnes. Quidam etiam habent in vtraque diametro vt Saturnus series constitutas, vnum est artificio maximo talia inuenta esse, quorum vsus ad magiam pertinet.

Et est triplex proprietas in nouenario, prima quod ipse mēsurat æquali excessu aggregatum ex litteris congregatis & numerum significatum per illas, secunda quod nullationes non mutant superfluum eius, tertium quod æqualiter mensurat litteras vno modo & conuerso, vnde 9. in 43. & in 34. æquale relinquit superfluum quod est 7.

Et est proprietas in denario numero, cuius nemo adhuc rationem potuit inuenire, sicut nec in Philosophia cur lumen calefaciat cum calidum non sit, ita cur post denarium numeri iterum ad idem redeat nec possit vltra, alia ratio numerorum inueniri, non enim ita est vt dicunt quod nouenarius sit numerorum nouissimus, licet denario propriam litteram non inuenerint sed nullitatem supposuerint vide in problematibus, Aristot.

Cum quotlibet numeros in proportione superparticulari inuenire desideres primum statue numerum talem in ordine multiplicis ei correspondentem, veluti volo quatuor numeros in sexquitercia continuæ proportionatos, accipe pro primo eorum 27. qui est quartus in ordine triplæ ab unitate. sic 1. 3. 9. 27. & sic volo in sexquiseptima 7. numeros continuæ proportionales accipe septimum in septupla proportione sic 1. 7. 49. 343. 2401. 16807. 117649. igitur si constitueris. 117649. terminum minorem, habebis 7. terminos in continua proportionalitate